

Tabula Primi Volu.

**Primum volumen Statutorum**  
 Auguste Herusie Magistratum ordines  
 et Auctoritatem aliaqz egregia Liui-  
 tatis ordinamenta continens  
 nuper emendatū auctum  
 et impressum ad pu-  
 blicam utili-  
 tatem.



*Liberato da... V. i. o.*



D 1  
189

# Primum volumen Statutorum Auguste

Perusie Magistratum ordines & Auctoritatem  
aliaque egregia Civitatis ordinamenta conti-  
nens nuper emendatum auctum & im-  
pressum ad publicam utilitatem.



Hieronymi Cibbi Causidici Perusini Epigramma.

Gryphe decus volucrum: Princeps Celeberrime pennae  
Præpetis: & Rostrum Gloria fama lubar.  
Accipe sacrarum tua docta Volumina legum/  
Nuper ab eximiis enucleata Viris:  
Hec seruant/plectunt/Arcent/Comitantur/honorant/  
Iustitiam/Sontes/Crimina/Iura/Probos.  
His Augusta tibi seruantur Mœnia/Nomen/  
Divitiæ/ciues: His tua sceptræ vigent.  
Si qua videbuntur/Primis tibi Deuia: siue  
Libertas sacris Clauibus illa datur.  
Dedecori Fortuna prior tibi Maxime non sit:  
Immo hylaris Claves tempus in omne feras.  
Nam referant superum portas, & Tartara sanctis  
Clauibus Atra parent/subdita terra patet.  
Illis Suffultus/Tectus/Tutusq; malignum  
Nil metues: oberit nil tibi Gryphe Nocens.  
Rostrum pande Ferox: Vngues extende verendos:  
Tolle caput: Pennas tolle Superbe leues.  
Et tua veridico defende Volumina Sceptro:  
Irrita ne pereant tot benefacta Virum.

**C**Primum volumen statutorum Auguste Heru-  
sie nouiter reformatum per excellentissimum  
Jureconsultum dñm Abdiottum Boni-  
cambium et eximium Laudicium  
dñm Hieronymum  
Librum.  
Feliciter Incipit.

Hieronymus Libbus ad Lectorem.

**A**bies Ladiidissime lectorum Librum primum sta-  
tutorum Auguste Limitatis cu-  
ra et ope Decennium amplissi-  
mum Abmagistratus ut in probe-  
mio sequentis libri Jamdiu dili-  
gentissime annotatum fuit nuper emendatum cor-  
rectum et auctum per excellentissimum Jureconsul-  
tum dñm Abdiottum Bonicambium et per me  
Hieronymum Librum Laudicium perusinum ad-  
fectis statutis et q̄ pluribus sanctionib⁹ tam a no-  
bis q̄ ab alijs Imp̄idiem editis quas aut vete-  
res ignorauerunt aut silentio preterierunt: vel lon-  
ga tempoz currictula varijsq̄ modernorū ritus in-  
duixerunt emergentes ve subinde Lasus perspicia-  
ciores hominum mentes ad ipsas impulerūt. Nec  
hesitanduz est aliqua et superesse que et nos prete-  
rierint. homines enim sumus varijsq̄ negotijs oc-  
cupati: Longeqz brevius spacium nobis q̄z alijs  
doctoribus et Laudicis qui reliq volumina eme-  
dauerunt ptigit. Etenim tempore Egemus ut ali-  
qd maturius agamus: arctauit Insper nos Im-  
pressoris instantia: adeo q̄ nō ab re Priscos illos  
Apellem et Polycretum pictores celleberrimos  
extraqz omnem pingēdi aleam positos imitari po-  
tuissimus: q̄ absolutis opibus inscribebant Apel-  
les aut Polycretus faciebat tamq̄ inchoata sem-  
per arte et imperfecta vt p̄ iudicioz varietates su-  
peresset artificis regressus ad veniam veluti emen-  
daturo qcqd desideraretur si nō esset interceptus.  
immensaqz insuper huius voluminis emendatores  
preter ceteras subit cura iniuncti oneris metā atin-

gere ac tanti magistratus votis respondere anci-  
pites vt que a nobis ederentur veteribus cōdigna  
existimarentur. vetera enīz pculdubio preciosiora  
sunt qr vetustatem redolent. Arduumqz subinde  
existimauimus nouis auctoritatē nitorem gratia  
fidemqz exhibere. Et omnibus casib⁹ occurrere ac  
cuilibet casui conueniens et irrefragabile remediu  
adhibere. veruz et dijs lacte rustici multeqz gentes  
supplicant et mola tantum salsa litant qui non ha-  
bet ibura. Nec vlli fuit vicio. deos colere quoquo-  
modo posset. erunt et olim q̄ et nobis ingenue plu-  
ra et meliora addici posse fatentibus nouis inuen-  
tis decertabunt prout et ipsi cum Prioribus feci-  
mus. Quoz tamen bene reformata et aucta nomi-  
nati presenti volumine inseruimus: nec nobis. et  
quidem iure ascribi voluimus. Est enīz benignum  
et pleni ingenui pudoris fateri per quos profeci-  
mus. Obnoxij autem animi et infelicitis ingenij est.  
deprehendi infurto malle q̄ mutuum reddere. cuz  
p̄sertim foro fiat ex visura. Quippe occultator alie-  
ne laudis furi par esse videf. Superest igitur ut  
auto instauratoz opere exhortemur quoscunqz  
presentes sanctiones inspecturos ut librum hunc  
citra omnem liuoris aculeuz libenter et alacri ani-  
mo suscipiant. Et semetipso sancitis et institutis  
huius voluminis sic imbuant et erudiant: vt illos  
spes pulcherrima foueat eosdez priuatis negocijs  
occurrere et rempub. in partibus eis credendis fa-  
lubriter posse gubernare. Cum nihil vt sumus ora-  
tor et lingue latie iubar atestatur. principi illi deo  
in terris acceptius sit: q̄ homines in ea sciētia ela-  
borare, que multis et p̄sertim Reipub. sit p̄ futu-  
ra. Et omnibus qui patriam conseruauerint adiu-  
rint auxerintqz certum esse in celis diffinitū locum  
ubi beati sempiterno quo fruantur. Que omnia vt  
feliciter excussa mentis caligine optatum sortiant  
effectum: a Summo Deo Optimo exordiu capie-  
mus. Cum vbi Christus nō est fundamentum ibi  
nullius boni operis superest edificiuz: foeliciarqz  
auspicio quicqz inchoare aut exequi humanus ne-  
queat animus q̄z diuino presidio et illo nomine qđ  
est super omne nomen suppliciter inuocatis.

Hieronymus Cibus causidicus Perusinus magnifico Domino Alphano  
de alphanis Perusiæ Vmbriæq; Quæstori dignissimo.


C R A T V M mihi fuerat magnifice dñe Alphane mihi colendissime inter pbatissimos no<sup>n</sup>  
stre tempestatis viros perusina hac in ciuitate tāq; fidus irradians matutinū: me iam biénii  
lapsu imminente ad reformationē huius primi Voluminis Statutoꝝ cū excellentissimo iure cō-  
sulso dño Mariocto boncambio ab amplissimo decemviroꝝ magistratu/cui nūc tu præfides &  
dux & comes es/electū fuisse: Tum quia ut facundissimus callidissimusq; græcoꝝ dux Itacus di-  
xit: Est aliquid de tot gaiorū milibus vnū a Diomede legi. Cum etiam quia anxius eram quātu-  
luscūq; essem aliquid noui in mediū afferre. Quod ciuib; ipsis honorificum vtile & expediēs  
esset: in ipsiusq; ciuitatis decorem cederet & rempublicam augeret: Quo nihil sanctius utilius ac  
Deo acceptius esse ab omnibus de republica scribentibus affirmatur. Accedebat etiam & animo  
insitum fuerat id mihi honori ingentiꝝ erga rempublicam amori ascribēdū esse. Attamen quia  
in presentiarum te tanto magistratui presidēte ultimam manū impressores & ego imposuitus:  
gratissimum ac longe gratius mihi fuit/ vt illud prout est absolutū dignitati tuæ exhiberé: imo  
ut apius ueriusq; loquar dedicarem. Tua enim virtus (ut citra omnem assentationis gradum &  
aliꝝ inuidiam dixerim) summa eruditio/magna diligentia/incōcussa fides/integerrima probi-  
tas/solidissimum iudiciū/priore dignitas quā licet p se stet non parum augent illa duo legum  
lumina Bartolus paternus atauus & Ioannes Petrutiſ de monte sperello auus maternus ma-  
ioribus dedicationibus digna sunt p̄ftabūt & mirum in modū ea omnia ipsi volumini aucto-  
ritatem & decorem augebunt quia tibi dicata sunt: accipe igif dignissime Alphane hilari fronte  
Volumen ipsum a me tibi ut iam nosti deditissimo: de quo quodlibet tibi polliceri posse nō du-  
bitas castigatum auctumq; vna cum dicto dño Mariocto ac celeberrimo illo domino Vincétio  
herculano. I. V. peritissimo cuius cōſilio & auctoritate ac iudicio ob ipsius dñi Mariocti senium  
& decrepitam etatem semp & in hoc volumine p̄fertim usus fui: quod etiā ea de re tibi gratius  
fore illudq; tanto utilius ipsi reipublice iudicaturū arbitror quāto ab eminētissimo tibiꝝ gratiſ-  
simō uiro ac uera amicitia grataꝝ affinitate (& quorū pars magna fui) iunctissimo emanauit.  
Nosti enim & tibi exploratum est quāntus vir ille sit/publicis priuatissimis cōſiliis p̄ſter/quāntū suā  
diligat rempublicam quāntū inter alios totius aſonie polleat iure cōſultos. Quo factum erit ut  
si tuo integerrimo iudicio Volumen ipsum approbatum fuerit:nihil erit ut in eo culpari possit.  
Vale & ut soles me ama.

PER VSIAE IN AEDIBVS HIERONYMI

FRANCISCI CHARTVLARII

AVGVSTO MENSE

M.D.XXVI,



Secundum Volumen.

Reformati emendatiq; nouiter  
Iuris Civitatis Populiq; Perusini  
Statutoꝝ Secudū Volumen. Per-  
egregiū sane vereq; opus aureū.  
Civiliꝝ causax materiam &  
ordinem cōtinens. Nunc  
primū ad publicaz  
cōmoditatem  
im̄p̄ssum.



Secundum volumen.

Reformati emendatiq; nouiter  
Iuris Ciuitatis Populiq; Perusini  
Statutorum Secundum Volumen. Per  
egregium sane vereq; opus aureum.  
Ciuium causarum materiam &  
ordinem continens. Nunc  
primum ad publicam  
commoditatem  
impressum.  
¶



C Repetite prelectionis statutorum Lib. ii.

C Prohemium.

**E**x ipsa cum propter humanę nature transgressionem: ac varietatem inuenta editaqz fuerit: et animantium status sub perpetuo motu cōsistat: et constitutio nulla prolatā sufficenter ob nature variabilitates et machinationes promulgata correctione nō egeat. Non debet reprehensibile iudicari si h̄m varietatem ipoz statuta et varientur humana: cum h̄m canonicas sanctiones deus ipse ex hijs plurima q̄ inueteri firmauerat in nouo multauerit testamēto. Constituerat itaqz sibi iam p̄dem ciuitas nostra in illo veteri omnimode libertatis statu plurima que ad p̄n̄ innovata eademq̄ correcta partim nō necessaria frusta mēbranas occupare videbant. Ex quo pleriqz lectoris animus fastidio affectus: cuz delectus ipsoꝝ difficilis esset: et in contingentibus ad extranea se cōuertebat. Accedebat quoqz q̄ extrauagatiā plurima passim matreꝝ gestire cernebant et post limūnio quodā iure p̄prio antiqua repeteſe loca. Cum et ipsa nō in breue volumen extenderent et eo satis anxium sibi exposcerent investigatorē. Cōtulit decreto noui iuriū et cōstitutioni huic q̄ et Justinianū sanctissimū Principe incōponēdis iuribus hoc ipsuz fecisse litteris erat tradituz. Nam peregregia cū mandasset fieri cōmentaria editum opus multis ab hinc annis v̄su exigente ad nouam redegit formam. Soleantqz q̄nqz medici egritudinum diuersitati nonūqz addēdo itidēqz diminuēdo pleraꝝ aut nouiter inueniendo h̄m exigentiam medicine varietate consulere. Iccirco p̄siderans res publica Perusina ea adhiberi posse ciuitati que corpori adhibent remedia. Ne per successivas tempoz mutationes et variatos exitus aliqud inferri cuiqz p̄sonae preiudicium posset simul ut et querentius lites amputare laboribus et expensis parceret maturo sepius cōsilio p̄habito stabili firmaꝝ deliberatione solenniter decreuit et statuit: suoz statutoroz in quatuor volumina diuisoz

reformationē fiendam: et ad id opus explicandum quatuor et suis doctoribus et ex causidicis totideꝝ quos magis idoneos expertos sufficientes boniꝝ publici zelatores dijudicauit p̄legit et deputauit vnicuiꝝ doctoz predictoz cum uno ex dictis causidicis vnum ex dictis quatuor voluminibus resoumandū assignauit. Et secūdū dictoz statutoroz volumen dño Vincentio de herculanis. U. J. doc. et cōcistoriali aduocato: et dño Abinutio vanulo p̄stan ti causidico: q̄ alacri studio ac sedula diligentia sibi demandatum opus explicuerūt dictūqz secundum statutum reformauerūt et sic reformatū dictis alijs tribus excellentissimis doctoribus et prestantibus causidicis exhibuerunt qui vna cum predictis dño Vincentio et dño Abinutio oibꝫ mature digestis optime cōposuerunt et reformauerunt et p̄dicta res publice nostre Perusine tradendū per eam edendum ac publicandū dijudicauere modo et ordine sub cōgruis infrascriptis titulis. Ad laudem oīpotentis dei et dñi nostri Iesu Christi eiusqz pientissime matris sempqz virginis Marie: glorioſissimoz martyrum Laurentij: Herculani et Constantij huius auguste Urbis patronoz ac defensoz ac totius celestis curie.

C De campana pulsanda ad ius reddendum.

Rubrica.

prima.



**Ecundo**  
huius volumi  
niſ libro de iu  
re reddēdo et  
cāpana ad id  
pulsanda titu  
luz preponen  
tes sic duxim⁹  
inchoandū q̄  
potestas et ca  
pitaneus vel  
ali⁹ iudeſ sine  
officialis magnifice Licitatis Perusie illis die

## Secundum volu.

tronis famulorum non possint semper et continuo notarios aut testes ad ludere, p. pbando solutiones et satisfactiones: quo fit ut locatores per sepe vel denegant vel subterfugiunt: de receptis de die in diez prout deberent scripturaz facere vel fieri facere ingrave tamen daminum preinditium et iacturaz soluere alias debentium: qui lapsu temporis se soluisse vel satissecisse probare nequeunt ideo.

**C**Statuimus et ordinamus qd quicunque infutuz locauerit ad pensionem vel laboritum vel ad copitum aliqd premium urbanum vel rusticum vel aliam rem in ciuitate burgis aut suburgis aut comitatu Perusie consistens vel consistentez vel operas seu famulatum ad aliqd tempus alicui pro aliqua mercede promiserit: qd transacto uno anno post quemlibet annum locationis predice vbi ad plures annos: locatio et respective conductio facta fuisse vel si ad unum annum tantum vel minus tempus facta extiterit: post talem locationem finitam cuiuslibet anni: non possit nec valeat ab ipso pensionario vel copiumpatore vel colono: vel conductore vigore talis locationis: vel famulatus: aliquid petere et multo minus exigere: nisi de eo qd pretendit sibi deberi: vigore talis locationis seu promissio nis pro preterito tempore habeat instrumentum manu publici notarii confectum vel scripturam manu propria ipsius conductoris: in quo vel qua ipse colonus: vel copiumpatarius vel conductor: vel patronus dicti famuli fateatur se esse vel restare debitorem ipsius locatoris seu creditoris de et pro preterito tempore in vel o aliquo qstitate vel rebus: vbi

talis debitor sciat scribere et possit scribere. Et vbi nesciat vel non possit scribere: aliam scripturaz manu alterius saltem duobus testibus subscriptaz: vel nisi infra dictum tempus vel annum post finitaz locationem vel lapsu cuiuslibet anni ipsius locationis et respective conductionis ipse locator vel creditor in iudicio ab ipso conductore: colono: vel pensionario: vel patrono: petierit illud de quo pretendit sibi non fuisse satisfactum per ipsum pensionarium vel colonom aut conductorem pro preterito tempore ipsius locationis cum notificatione de tali petitione manu publici notarii in forma de iure valida bis facta per iudicem diversis diebus coraz quo talis petitio facta fuerit: legitime de tali petitione et notificatione cum relatione per bailulum seu numerum cois perusie seu alicuius artis ipsius ciuitatis.


**C**Et hec que dicta. Et statuta sunt in de et pro pensionibus optimis colonis laboratoribus et famulis: locuz habeant in omnibus et per omnia in sociis et pro sociis quorumcumqz aialium: finito tam tempore cuiuslibet soccite et transacto uno anno post finitam soccitam videlicet qd dans socias non possit debituz aliqd petere nisi modo et forma sicut supra: statutum fuit in pensionibus laboritoribus optimis et famulis.

## Registrum.

AA BB CC DD EE FF

**C**Ommes sunt terni preter FF q est quaternus.

**C**Ad omnipotentis Dei laudem: opus perfe ciu extirit Perusie p Hieronymuz Fran sci Baldassaris de cartholarijs.  
Ab. ccccc. xxij. die. 3. Aprilis.




Tertium Volumen.

Civitatis populiq; Perusini

Statutorum Tertium Volumen  
Aniuersam pene controuerbia  
criminaliū molez & materiā  
cōplectēs: Ad perusinoꝝ  
benenientiū vtilitatē  
& desideria Jam iaz  
feliciter in lucem  
editum.





**C**Reverendissimo In ipso patri. B. dno. f. Armellino medices titu. sancte Marie in transiberim & sancti Lalixti p̄sbbytero Lardi. prouincie Marchie de latere legato. S. B. M. Clementis pape sepiu-  
mi Lamerario digniss. Hieronymus cartholarius ciuis Perusinus humiles commendationes.

**N**uper h̄me dñe cuȝ ex th̄pis nostr̄ bibliothecarię officinę Tertiū magnificę Augustę civitatis Perusi  
cōsiderans p̄stantiam, sublime ac q̄si divinū ingeniū: integritatē: p̄bitatē iustitiā, in pauperē misericordiā  
in augēda religione laudabile studiū: In ecclesiās sacrasq; edes liberalitatē & munificentia/aliasq; p̄stātissimas  
virtutes. Quibus circūspectū integerrimūq; animū tuū ita exornasti: vt nō solū civitati & civib⁹ pusnis summa  
clementia p̄ iustitia fauens. Clerū totū. S. R. E. Patrimonio qđ p̄ cōtinua & sūma camerariatus offici sollici-  
tudine & amplificas & decoras magno adiumento ornamentiōq; fuisse appareas. Non ab re existimauī id, qđod  
opis p̄nū renouatū extiens sub sacro tuī nominis auspicio oībus ciuib⁹ exoptatū exhibere. Quāobrem nos oīs  
eiusdeꝝ seruuli hoc auspicamur q̄ quemadmodū hēc ciuitatis decreta:q̄ partim deperdita, partim q̄r eoz copia  
facile nō dabat in publico archinio latentia/nunc publica effecta nōs animos instruer, & politiā vitā a malis  
ciues incolasq; conatibus rep̄mēdo, docebūt & in melioris vitę frugem iugiter reformabūt: ita sacrū tuę sūmę  
circūpectionis nomen re ipsa immortalitatem & ppetuā gloriā huic operi p̄put cōmuni patrie nře, liberalitate,  
summis virtutib⁹, & sapiētia p̄stitit, sua auctoritate donabit & felix ppetuo viuas. Perusie. xv. Decemb. I. 523.

**C**hōstq̄ est finitum hoc Tertium Volumen statutorum Cum additionibus declarationibus & correctionibus de quibus supra omnipotenti Deo & eius gloriose matre Marie & sanctis omnibus celestis curie gratias agamus. Et si verbose nimis aut minus correcte minusq; perfecte aut ornate seu in aliquo erraverim in eis. Ego Petrusphylippus cresimbeni causarum procurator antedictus veniam peto ab omnibus & excusari: non enim omnia possumus omnes: & me incunctis ac dictas ut supra factas additiones subijcio. Correctioni suppletioni seu diminutioni & confirmationi Reuerendi patris & dñi. d. Francisci pitte. A. J. doc. de pisis ac prothonotarij apostolici Reuerendissimi in xpo patris & dñi. d. Syl. S. Ro. Eccl. pres by. Cardi. de Lortona Legati Perusiq; &c. Vice legati generalis benemeriti.

**P** Sedente sanctissimo In xpo patre dño nostro dño Adriano diuina suffragante gratia Pont. vi. eiusq; pontificatus anno primo.


**P** Existentibus Magnificis viris Seuero ascanij de Alphenis & socijs decurionibus & decem viris nostre Perusine reipublice pro posse hunc compendio farentibus: Ad laudem omnipotentis Dei totiusq; curia celestialis. Pretore dño Peregrino latioso forliuensi equite & comite ac. J. v. doc.

## Registrum

AAA BBBB CCCC DDDD EEEE FFFF GGGG HHHH IIII KKKK LLL

Omnes sunt terni preter LLL qui est quaternus.

**C**ad omnipotentis Dei laudem: opus perfectum extitit Perusiq; p. Hieronymū Francisci baldassarris de carthutatis. M. ccccc. xxiij. die. 23. Julij.



Quartum volumen.

Quartum volumen statutorum

Magnifice et Auguste Ciuitatis Perusie  
decus et ornatum aliaqz multa per-  
egregia ciuitatis ordinamenta

voluminaqz de Lacu et perusino Clusio eis,  
plectens et explicans nouiter reforma-  
tum/castigatum/revisum et ar-  
atum. Nunc primum ad pr.  
hilem vultatem editum  
et impressum.



\* GRYPHES LOQUITVR. \*

Hactenus has leges, & municipalia iura  
Ciubus abstulerant tempora dura meis  
Hoc quibus, & rostrum, nobis unguisqz retusi:  
Et nullum pennæ præperis om̄en erat.  
At nunc nostrarum disiecta uolumina legum:  
Forma aliud capiunt sub meliore/decus  
Ergo caue, hos unguis: quisquis, rostrumqz laceſſas  
Arma etenim auxilio hæc, Gryphes adunca gero.



**C**Francisci Septimii Tudertis Tetraстichon  
In quo Gryphes Loquitur.

Tum placidus : tum mitis ero, si legis amicus  
Candida si patriæ iura tuere meæ:  
At quicunq; sacras : Contra : temerabere leges  
E/placido/Gryphum senseris esse ferum.

**C**Io. Galli Tifernatis in Vrbis Perusię Statutum Tetraстichon.

Armiferi cum me decoret vis bellica marris,  
Censear & sacris legibus esse potens.  
Vnde mihi exurgat geminarum gloria laudum:  
Non est quo celebrer, vltierius ue<sup>r</sup> colar.

**C**Lactantii Iouii Vcianelli, Ad Lectores candidos Hexastichon.

GRYPHVS LOQVITVR.

Me super horrendum positum precor aspice Gryphum  
Sortitum hunc parua non ratione locum.  
Insequor infandos, leges temerare vetustas  
Audentes, rapidis vnguibus eripio.  
Eia igitur nostram (fueris quicunq;) caueto  
Sæuitiam, insegnes sum ferus, atq; nocens.





**C** Dominus Ioannes Alexius ad Lectores .

Signa Ladislaus rex quondam dedit aurea : monstrat.  
Hoc Leo : qui pollet robore / & imperio  
Hæc cælo / hæc terris chara est , hæc manibus ipsis  
Proles : hoc hecate : est quæ tribus vna locis .  
Dicam aliud : iunctus feruet Leo / frigida phœbe :  
Hinc sit temperies / quam mea signa ferunt  
Hac fulgent, vrbis Tyrrenæ iura magistra  
Censuramq; meam / qualia cernis habent.



## Quartum Volu.

**C**onibaldus Fertulinus notarius publicus ac causidicus Perusinus  
Ad Lectores et optimos iurium amatores.

**A**d laudem Decus et honorem omnipotentis dei eiusque glorioissime matris Marie  
sempre virginis et glorioissimorum martyrum Laurentij Constantij et  
Herculanii huius inclite et magnifice civitatis perusine protectoꝝ et defensoꝝ: explicit Quartus et ultimum  
Statutorum volumen Auguste civitatis Perusie nuper editum, reformatum, castigatum et auctum accu-  
rateque revisum cum additionibus quod plurimis clarissimi. A. J. doc. dñi Pauli salutis et egregij causarum  
patroni dñi Joannis Alexij perusinoꝝ ciuitum vias/pontes/fontes/cloacas/formas/aqueductus, multaque  
de lacu et clusio perusino continens: aliaque peregregia ciuitatis ordinamenta satis pulchra perutilia et scitu  
digna complectens et explicans: In quo siquid reptum fuerit quod sit minus perfecte dictus riteque limatum  
ac omni ex parte politum: precor vnuquaque vestrum ut non liuoris aculeo aut detractionis studio sed cha-  
ritatiuo calamo emendandum suscipiat: scio etenim nec istud infiior quod tamen opus maiori indigeret elima-  
tione: Agite igit letores candidi et optimi iurium amatores qui reipublice/vobis et alijs prodesse cupitis  
hoc statutorum opus nunc primum impressum diligenter emendatum ac tam polite et pulchre perfectum  
vobis comparate ut eo ad laudem altissimi: decus et honorem reipublice Perusine vestrum aliorumque co-  
modum videntes mercedem eterne felicitatis consequi valeatis.

**C**onibaldis Perusine comunitatis Artium prioribus dño Abriotto ferrazo et dño Petropatio  
ser Petri Joannis de Consulibus. Hieronymus Cartularius. S. B.

**Q**uo ad virero (Conibaldis dñe Abriotte ferrazze et Petrepaulo ser petri Joannis)  
vestras nūque personare et extollere laudes gratiarumque actiones desistaz:  
Si quidem labori meo miserti opus quod non modico sumptu et sudore magna ex parte excusseram: sed  
tanquam mancus/non eo vultu et pluribus suscipiebatur/ut equum erat/curastis solertia et humanitate vestra  
integrum ut esset.Quo factum est/ut non modo ego vobis plurimum debeam/sed et oēs virtutis/probitatis/  
equi/iustitiae ac recti amatores quibus diuinum hoc suffragatur opus affluentius laudes exoluant.Bum.n.  
extremo eiusdem libro operam datis decorum restitui/quo carent ea quodammodo ultimam non  
sortiuntur/non insuma digni laude estis.Quando perfectio omnis ab ultimo dependet fine.Uelstro igit patro-  
cinio ac tutela diuinum statutorum perusinoꝝ opus in lucem integrum pdate/nec immerito si sub iustissi-  
mis verbis moderatoribus iustitiae precepta hec et sanctiones equissime edantur. Valete clientuli vestri non  
simmemores. Perusie. 14. Maij. 1528.

**C**edente sanctissimo In Christo patre domino nostro domino Clemente diuina suffragante gratia Bon. vii. eiusque  
pontificatus anno quinto. Et B. domino Vincentio Pimpinella Archiepo. Rossan. Perusie umbrieque  
vicelegato meritiss. auctore ac patrono obseruandiss.

**C**existentibus Conibaldis viris domino Galeazo Ballono et socijs decurionibus et decem viris Perusine  
reipublice huic compendio fauentibus.

\* PERVSIAE IN AEDIBVS HIERONYMI \*  
FRANCISCI CHARTULARII  
MAIO MENSE  
M. D. XXVIII.



# REFORMATIO.

NES STATUTORVM LOVENTI-  
um de dotibus, & dotatis Mulieribus, & successio-  
nibus ab intestato, ac de ultimis voluntatibus ob-  
seruandis, In secundo Volumine Statutorum

Mag. Ciuitatis Perusie positoru sub Rub.  
xlv. & xlvj. in Consilio M. D. P. &

Camerarioru dictæ Ciuitatis legitime, & solemniter obtempte, ac tam per Illustriss. & Reuerendiss. D. Legatum, q per

S. D. N. PP. approbante, & confirmate,  
Sub Anno.

D. M. D.  
L X III.

PIVS PP. IIII.



D PERPETVAM REI  
MEMORIAM. Et si pro  
Pastoris Vniuersalis Persoa, quā  
meritis, licet insufficientibus,  
Diuina dispositiōe substinemus  
cunctarum fidelium per orbem

Ciuitatum prosectum, prouidamqz non solum in  
spiritualibus, sed etiam in temporalibus directionē  
paterna dilectione cupiamus, Illa tamen apud Nos  
præualet solicitude, vt Ciuitatum, Terrarumqz  
Nobis, & Ecclesiæ Romanæ in temporalibus sub-  
iectarum, Ciues & Populi salubribus municipaliū  
Statutorum normis iuxta temporū; personarūqz  
exigentiam dirigantur, & his, quæ propterea pro-  
cessisse dicuntur, vt illibata persistant, præcertim  
cum à Nobis petitur aplice libenter adiçimus mu-  
niminis firmitatem. Sanè dilecti filij Priors Artiu-  
m, & Cōmunitas Ciuitatis nostre Perusin. No-  
bis nuper expōni fecerunt, Quod alias ipsi quam-  
pluribus litiis, controversijs, & differentijs, quæ  
inter Perusinos Ciues, & Incolas super dotibus, do-  
tatisqz mulieribus, & successionibus ab intestato,  
ac ultimarum voluntatum præstatione, vel obser-  
uatione frequēter oriri solebant, modum impone-  
re, & equabili moderamine subuenire volentes;  
Nonnulla ordinationes, & Statuta licita, & hone-  
sta, sub nōstro, & Apostolice Sædis beneplacito  
ediderunt, prout in publico documento desuper  
confecto, cuius tenorem de Verbo, ad verbum pre-  
sentibus inseri fecimus, plenius continetur, Et si-  
cet eadem expositio subiungebat, Licit Dilectus  
filius Julius Sancti Petri ad Vincula Diaconus Car-  
dinalis de Vrbino nuncupatus, ipsius Ciuitatis Le-  
gatus Ordinationes, & Statuta prædicta, tanq honesta,  
& eidem Ciuitati conducibilia facultatum,  
Legationis suæ vigore confirmauerit, Ipsi tamen  
Priors Artium, & Cōmunitas Nobis hūmiler

supplicari fecerunt, quatenus illis pro maiori eorū  
subsistentia robur approbationis nostræ adiçere,  
ac alias in præmisis opportune prouideret de beni-  
gnitate Apostolica dignaremur. Nosigitur, qui  
publicam Ciuitatis vtilitatem, & eius Ciuium præ-  
dictorum tranquillitatē sincero desideramus affe-  
ctu, huiusmodi supplicationibus inclinati eadem  
infrascripta Ordinationes, Statuta, omniaqz, & sin-  
gula (licita tamen, & honesta, & libertati Ecclesiæ  
sticæ non contraria) in eis contenta Apostolica au-  
toritate ex certa scientia perpetuo confirmamus,  
& approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis  
firmitatis robur adiçimus, omnesqz & singulos  
iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint  
in eisdē supplemus, ac illa valida, & efficacia fore,  
suosqz plenarios & integros effectus ônino sortiri,  
& ab ônibus inuiolabiliter obseruari debere. Sicqz  
& non aliter per quoscunqz Iudices, & Commissa-  
rios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in  
quibusuis instantijs, sublata eis, & eorum cuilibet  
qua vis aliter iudicandi, & interpretandi faculta-  
te, & auctoritate iudicari, sententiari, & diffiniri  
debere. Ac quicquid secus à quoquam quauis au-  
toritate scienter, vel ignoranter attemptari conti-  
gerit irritum, & inane decernimus. Non obstan-  
tibus quibusuis constitutionibus, & ordinationi-  
bus apostolicis, legibus, ac etiam iuramento, con-  
firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia ro-  
boratis, statutis & consuetudinibus, etiam muni-  
cipalibus, ceterisqz contrarijs quibuscunqz. Tenor  
verò Statutorum, & ordinationum, documento  
rūqz prædictorum talis est.

¶ De dotibus, & dotatis mulieribus, & suc-  
cessionibus ab intestato. Rub. 45.



I qua mulier nata, vel nascitura  
fuerit, vel erit dotata à Pâtre, vel  
matre, vel alio quocunqz ascenden-  
te de bonis, vel rebus proprijs do-  
tantis, nō poscit, nec debeat ipsa  
mulier dotata, nec descendentes  
ex ea admitti, vel reuerti ad h̄ereditatem, vel suc-  
cessionē ab intestato alicuius personæ dotatis eam,  
vel alicuius ex descéndentibus ab eadem persona do-  
tante in bonis, & rebus ad ipsum descendente à  
dotante prouentis. In alijs autem aliunde prouen-  
tis ipsi descéndenti ipsa mulier succedat tali descéndenti  
à persona dotante in tertia parte eius, quod  
sibi obuenisset ex successione ab intestato ipsius de-  
scéndentis defuncti, & ab alijs ratis, etiam dictiorū  
bonorum aliunde prouentorum ipsa mulier peni-  
tus excludatur, quo usqz superuixerit masculus de-  
scendens ab ipsa persona dotante per linam mas-  
culinam. Declarantes, q bona talis descéndentis de-  
functi, vsqz ad cius legitimam, censeantur de bonis  
ascendentium, non autem de aliunde prouentis,  
¶ Et si mulier plures habucrit fratres, & ab aliquo  
ex fratribus dotata fuerit, vel ab omnibus de bonis

dentibus masculis, tunc tali decedenti succedant fratres vtrinque coniuncti, & dicti eorum descendentes, & eis non existentibus consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, iuris ordine inter eos in successione seruando, exclusis dictis ascendentibus, praeterquam legitima, in qua succedant, inter eos iuris ordine seruando, & ipsis non existentibus sorores vtrinque coniunctae, et earum filii, vel filii tantum iuris ordine seruato, succedant equaliter cum ipsa matre, auia, vel proavia paterna, & alijs ascendentibus per lineam maternam. Plz.

¶ Item quando non superessent fratres vtrinque coniuncti, vel consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, neque sorores, ut supra, sed paterius unus, vel plures, vel eorum descendentes masculi, tunc in medietate honorum talis decedentis succedat mater, vel auia paterna, vel ascendentes per lineam maternam, iuris ordine inter eos seruando, & in alia medietate succedant paterius unus, vel plures, & premortui patrui, vel patruorum descendentes masculi, cum dicto patruo, vel patruis in stirpes, & non in capita, exclusis sororibus veterinis, fratribus veterinis, auunculis, materteris, & amitis.

¶ Declarantes, quod si adesset mater, soror vtrinque coniuncta, & patrui, pariter succedant. Plz.

¶ Insuper statuimus, & declaramus, quod filii legitimati seu dispensati possint & valeant succedere secundum tenorem, & valorem legitimationis, seu dispensationis, & voluntatem, ac dispositionem (iuri tamen non contrariam) sui patris, vel alterius Domini honorum ipsum legitimantis, etiam in praejudicium filiarum legitimarum, & naturalium, & descendenter ab eis, nec non quo ad effectum exclusionis carum a reintegratione, deficiente linea masculina legitima, & naturali, sine tamen praeiudicio in omnibus locorum piorum, & personarum ibi existentium. Plz.

¶ De ultimis voluntatibus obseruantur. Rub. 46.  
  
Resenti Capitulo statuimus, & ordinamus, quod testamentum & quilibet ultima voluntas patris, matris, ascendentium, & cuiuslibet supradictorum debeat in uoluntate obseruari, & quod mulieres non impediatur ex dictis ultimis dispositionibus capere quicquid eis quocunque titulo relictum fuerit cum dicta tamen declaratione, & stante testamento, reintegratio illis non detur, nisi, & prout in precedentibus Rub. dictum fuit. Item cum hac alia declaratione, quod quando dotatio reperiretur facta de bonis paternis, & maternis, vel aliorum ascendentium, ut in precedentibus Rub. & mater, vel alias ascendentes per lineam maternam in testamento suo, vel ultima voluntate reliquisset aliquid (etiam non ascendens ad legitimam filiae quocunque titulo, intelligatur (si aliud expresse non dixerit) fuisse, & esse in suppelmetu legitimo omne illud quod sibi sub dicta qua-

litate honorum maternorum, vel ascendentium pro dote datu, vel promissum fuerit, & in talis supplemento omnino comprehendendi debeat. Plz.  
¶ Item statuimus, & declaramus, quod per haec presentia noua capitula intelligantur in omnibus, & per omnia sublata, & cancellata omnia ea, quae continentur in libro secundo Statutorum nostrae Civitatis, de dotibus, & dotatis mulieribus, & successoribus ab intestato sub Rub. 45. & etiam in sequenti de Ultimis voluntatibus obseruandis per filios, & per nepotes, sub Rub. 46. & similiter oia, & singula alia Statuta, vel Reformationes manu cuiuscumque Notarii, vel tempore cuiuscumque Magistratus circa praedicta haec tenus facta, & loco illorum in facturum haec solum, & dumtaxat sub eisdem numeris seruari debeat in omnibus, & per omnia (sine tamen praeiudicio locorum piorum, quae in omnibus suprascriptis Capitulis repetita, & salua esse intelligimus, & intelligenda esse censemus. Plz.

¶ Item volumus, statuimus, & declaramus praedicta omnia, & singula censerri, & esse, ac fuisse Statuta, decreta, & obtenta, accedente consensu approbatione, & confirmatione. S. D. N. & non aliter, nec alio modo. Plz.

Placent quae suprascripta sunt, & mature digesta per inscriptos Eccelleniss. Doctores cum qui bus interfueri, & conueni. Philippus de Vbaldis V. I. Doctor.

Placent, & mihi Petrophilippo Matheolo, quia interfui, ut supra.

Eodem modo, & mihi Restauro Castaldo, & ad fidem. etc.

Eodem modo placent, & mihi Ioannipaulo Lancillotto.

Eodem modo, & mihi Marcoantonio Eugenio placent, & ad fidem manu propria subscripsi.

Eodem modo, & mihi Tobit Nonio, & ad fidem. etc.

Michelangelus Auditor. Supradicta Statuta, & decreta Civitatis Perusiae per verbum Placet signata confirmamus, & obseruari mandamus.

IVL GARD. VRBIN. LEGATVS.

Datum Romae, Die xxij. Martij. M. D. LXIII.


Sigillum.

Lucasantonius Fab. Secr.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, Sub Annulo Piscatoris, Die xij. Iulij. M. D. LXIII. Pont. Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

P E R V S I A E  
Ex Officina Andree Brixiani



20570